Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26243
Copyright: Admont, Benediktinerstift



156

malia. homo enim sic ceteres diffinierunt. animal rationale mor
tale est. Ita cum dicimus equum tuum non esse quod ms est. et tertium alicui al
teri. nec meum nec tuum esse. fatemur tres esse. et interroganti quid tres. re
spondemus equos tres speciali nomine. generali autem tria animalia.
itaq; cum dicimus bouem non esse equum. canem vel nec bouem esse nec equum. ita
quod dicimus. et pecunetantum quod tria. non ita speciali nomine dicimus tres
equos aut tres boues. aut tres canes. quia non eadem specie continentur. si; ge
nerali tria animalia. siue superiori genere. tres substantias. et tres crea
turas. et tres naturas. Quecumq; autem plurali numero enunciantur
specialiter. uno etiam nomine generaliter enuntiari possunt. non autem
omnia quecumq; generaliter enuntiari possunt nomine uno. etiam specialiter
appellare uno nomine possumus. Ita tres equos quod est nomen speciale
etiam animalia tria dicimus. equum vel et bouem et canem animalia tan
tum tria dicimus. ut substantias quas sunt generalia nomina. et siquid aliud de
his generaliter dici potest. tres vel equos aut boues. aut canes. quas specialia
sunt uocabula. non ea possumus dicere. Ita quippe uno uno nomine quan-
tus pluraliter enunciamus. quae communiter habent illud quod eo nomine
significatur. abraham quippe et ysaac et iacob commune habent id quod
est homo. itaq; dicuntur tres homines. Equus quoque et bos et canis
commune habent id quod est animal. dicuntur quoque tria animalia. Ita
tres lauros aliquas. tres arbores dicimus. laurum vel et mirtum. et oleam.
tantum tres arbores et tres substantias. aut tres naturas. atq; ita tres lapi
des etiam tria corpora. lapidem vel et lignum et ferrum tantum tria corpo
ra. et siquid etiam generali superiore nomine dici possunt. Pater quoque et filius
et spiritus sanctus. quo tres sunt. quod tres sint inquiramus. quod commune habeant
Non enim commune illis est. id quod est pater. ut inuicem patres sint. sicut ami
ci cum relatiue ad alterutrum dicuntur possunt dici tres amici. quod
inuicem sint amici. Non autem hoc ibi. et tantum pater ibi pater. nec
duo pater si; unici filii. nec tres filii. cum pater ibi non sit filius. nec spiritus sanctus.